



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Facultas Prouincialis Societatis Iesv in Prouincia Lusitaniæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

CENSURA OPERIS.

Ex mandato supremi senatus sancte inquisitionis legi hos commentarios in Apocalypsim Ioannis Apostoli, Doctore Blasio Viegas Lusitano Societatis IESV, publico sacrarum literarum professore in Eborensi eiusdem Societatis Academia auctore. Nihil habere, quod fidei Orthodoxae reouget, aut sancte matris Ecclesiae definitionibus contradicat, sed potius doctrinam sanam & dicti sanctissimi Patrum conformem. Quare in communem omnium vtilitatem digiti eruat, qui excudatur.

Fr. Emmanuel Cotiho.

Facultas supremi Inquisitionis Concilij.

Posiunt excudi hi commentarij in Apocalypsim. Eborae, 2. Martij, 1599.

Martin. Alfonso de Mello.

Ruy Perez de Vega.

Facultas Archiepiscopi Eborensis.

Theotonius Dei, & Apostolicae Romanae sedis gratia Archiepiscopus Eborensis indignus, Commentarios exegeticos Doctaris Blasij Viegas ex Societate IESV in Apocalypsim Ioannis bona ex parte perlegimus, factaque ex nostra commissione diligenti inquisitione nihil in eis contra fidem, & bonos mores esse cognouimus; sed potius ea est Doctoris sapientissimi doctrina, & Christiani peccatoris pietas, atque in erendis difficillimis sacrae prophetiae, sensibus sollicitas, atque ingenium, ad animosque in rerum supernaturalium, & caelestis Hierusalem desiderium inflammandos vis, & efficacia, ut non solum illi concedamus facultatem hosce commentarios imprimendi, sed nostrae etiam Academiae gratulemur, quod tam doctos, pios, & insignes viros & aluerit, & consummationes viderit.

Eborae, in nostra Curia Scale celi, die sexta Aprilis, anni Domini 1599.

Archiepiscopus Eborensis.

Facultas senatus Regij.

Posiunt mandari typis hi commentarij in Apocalypsim. Olisippone, 22. Februarij, 1601.

Pereira.

D. Dagnat.

Fonseca.

Facultas Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lusitania.

Ego Christophorus à Gouuea Praepositus Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lusitaniae, potestate a diuinitate facta à Reuerentissimo admodum Patre Claudio Aquauina Praeposito nostro Generali, facultatem concedo, vt commentarij in Apocalypsim Beati Ioannis Apostoli, à Patre Blasio Viegas Doctore Theologo nostrae Societatis, & publico sacrarum literarum in nostra Eborensi Academia professore compositi, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque virorum iudicio examinati, & approbati typis excudantur. In quorum fidem has literas manu nostra subscrip-  
tas sigilloque nostro munitas dedimus. Eborae in nostro Collegio, decimo sexto Calendae Iulij, anni millesimi quingentesimi nonagesimi nostri.

Christophorus à Gouuea.